

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2726

**Auteur(s) :** Jean Chopin [particulier]

**Auteur(s) :** Alice, femme de Jean Chopin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Hamon Milet [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1279, 23 mai

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente par Jean Chopin à Hamon dit Milet, pour le prix de sept livres tournois, d'une rente annuelle de dix sols tournois, assise sur un hébergement et une ouche situés dans la paroisse d'Origny-le-Butin.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 242, p. 228-229.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, ego Johannes Chopin et ego Alicia uxor sua, salutem. Noverint universi tam presentes quam futuri quod nos, de assensu et voluntate heredum nostrorum, vendidimus et concessimus Hamoni dicto Milet et suis heredibus, pro septem libris Turonensibus, de quibus nos tenemus pro pagatis in pecunia numerata, videlicet decem solidos Turonenses annui et perpetui redditus, sitos super herbergamentum nostrum et super ocham nostram, sitam in parochia de Origneyo-le-Botim, infra terram Guillelmi Sutoris, ex una parte, et semitam per quam itur de Origneyo-le-Botim apud La Botinère, ex altera, et abotat superius terre Guillelmi dicti Bonnet, et inferius chemino per quod itur de Origneyo-le-Botim ad forestam de Bellismo, tenendos et habendos predicti Hamoni et heredibus suis predictos decem solidos Turonenses, libere et pacifice et quiete, et jure hereditario in perpetuum possidendos de omnibus rebus quibuscumque ad nos et ad heredes nostros pertinentibus quoquomodo, sine aliqua contradictione a nobis vel ab heredibus nostris super hoc de cetero facienda ; ita tamen quod nos et heredes nostri tenemur reddere predictos decem solidos Turonenses annui redditus dicto Hamoni et suis heredibus vel ejus mandato ad Nativitatem Beate Marie virginis, vel infra octabas. Nos siquidem tenemur dictum redditum modis omnibus deservire. Si vero defecerimus in solutione dicti redditus per dictum festum, vel infra octabas, dictos decem solidos Turonenses annui et perpetui redditus solvere prorogantes, eidem tenemur solvere sex denarios Turonenses, nomine pene, pro qualibet ebdomada in qua in solutione dicti redditus defecerimus post dictum terminum in solidum vel in parte, ad que omnia facienda nos obligamus, et ad hoc obligamus specialiter et expresse omnia predicta. Tenemur insuper eidem dictum redditum garantizare, defendere et deliberare ab omnibus contra omnes in perpetuum bona fide, et de non veniendo contra aliquod premissorum. Nos vero predicti juravimus, tactis sacrosanctis evangeliis, quod nichil in dicta venditione de cetero reclamabimus nec faciemus per alium reclamari, nec ratione dotis, nec alia ratione, et renunciamus omnibus exceptionibus, dillationibus, tam juris quam facti, omni auxilio et privilegio crucis sumpte vel asumende, et omnibus aliis rationibus et allegatis quibus predicta venditio posset impediri seu adnichillari. In cujus rei testimonium dedimus

predicto Hamoni et suis heredibus et ejus mandato istas presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas per quas ad premissa tenenda fideliter et firmiter observanda obligamus nos et heredes nostros volumus penitus obligari.

Datum anno Domini M° CC° LXX° nono, mense maii, die martis post Penthecosten.